



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

In quo essentia status religioso consistat, & vnde originem duxerit. punct.  
1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

TRACTATVS XVI.  
DE STATV RELIGIOSO.

**S**V P E R I O R I tractatui de voto affinis est explicatio status Religiosi, vt pro-  
te qui tribus votis perfectissimis paupertatis, castitatis, & obedientiae consti-  
tit. Quinque disputationibus huius tractatus explicationem absolvemus.  
Prima explicabit illius essentiam, & ea, quæ solent illius suscepitioni pra-  
mitti. Secunda declarabit susceptionem illius per professionem. Tertia obli-  
gationem voti paupertatis, & castitatis. Quarta voti obedientiae obligationem. Quinta  
explicabit specialis alias obligationis. Et vota huic statui religionis annexa, illiusque re-  
laxationem.

## DISPUTATIO I.

*De Essentia Religiosi status, & de eius  
susceptioni præmittendis.*

P V N C T V M I.

In quo Essentia status Religiosi consistat , & vnde originem duxerit ?

S V M M A R I V M.

- Definitur *religiosus status*.
  - Qua iter sit *status perfectionis adipiscenda*.
  - Vota huius status debent esse perfectæ castitatis, paupertatis, & obedientiae.
  - Sed non debet esse omnimoda.
  - Sufficiente vota simplicia.
  - In quo solemnitas voti confusat.
  - Vitra vota ad statum religiosum requiritur traditio.
  - Approbatio Pontificis non erat necessaria, si naturam humanas fugias conditionem plectromus, scilicet prout modo statutis est.
  - Vnde originem traserit hic status,

**R**ELEGIOSVM statum definit D. Thomas re-  
ceptus ab omnibus 2.2. quafi. 186 artic. 1.3. & 4.  
ut si status perfectio per tria vota pauperitatis  
castigatio, & obedientia perpetuo ascendere  
Cum dicit statum, denotat immutabilitatem. Neque enim statu-  
tum esse posset, quia per se & natura sua immutabilis sit, ut  
recte dixit D. Thom. 2.2. quafi. 88. art. 4. & opuscul. 16. de vi-  
ta spiriti. cap. 5. Cui immutabilitati non obstat, quod religionis  
Prælator possint vota subditorum solvere, & liberos dimittere  
sicut non obstat statui temporalis servitio, quod dominus  
possit seruum liberum dimittere ; nec statui Episcoporum  
obstat, quod Ponsifex possit ex via Ecclesia ad aliam rotare  
vel omnino Prælatorum ac Eboracum absoluere. Quod enim ad  
immutabilitatem requiritur solum est, ut ipsemen status ex  
parte sufficiens perpetuus sit, ita ut omnia discedentes  
potestate careant.

2. Deinde hic status religiosus est status perfectionis perpetuo adipiscenda, in quo significatur proprius huius status natura, & conditio, que est ut sit status perfectorum non adpetita sed adipiscenda. Neque enim religiosi obligantur esse perfecti; esto obligati sicut si procurate, ut tradit D. Thomas quaslibet. art. 1. ad 3. & art. 2. ad 2. In quo status religiosus ab statu Episcoporum differat, qui Episcopos supponit esse perfectos. Hanc perfectionem religiosi status comparant religiosi mediis votis paupertatis, castitatis, & obedientiae perpetuae. Cum enim humanae vita perfectio sic sit in

sequela Christi, illiusque imitatione. Iuxta illud Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia; quia habes, & da pauperibus, & veni, & sequebre me; sequela Christi perfec-  
ta esse non possit absque renunciacione omnium bonorum, ut  
ex supradicto loco conatur; neque item absque abstinencia  
carnis voluptatibus. Iuxta illud Matth. 19. Sun. Eusebii,  
qui seipso castigatorum propter Regnum Dei, qual ad per-  
fectum Regnum Dei, consequendum habet abstinentiam con-  
cenitissimam; si neque denique esse posita perfecta sequela Christi  
absque abnegatione sui, propriisque voluntatis iuxta illud  
Matth. 16. Qui vult venire post me, abnegrat semper ipsum, &  
tollat crucem suam, & sequatur me; si tunc semper paupertatis,  
castitatis, & obedientie perpetue ad hunc statutum perfectio-  
nem necessaria esse: siquidem voto paupertatis renunciari  
omnia externa; castitatis, carnis voluptas; obedientie vero  
propria voluntatis affectio.

3. Sed an hæc vota debeat esse absolute, & perfæctæ castitatis, paupertatis, & obedientiae, non est contum Doctorum sententia. Nam plures, gaullismique Doctores feniunt ab solutam, & omnimodam paupertatem, castitatem, & obedientiam esse imperfæctam: Sic probat videtur. Diuus Thom. 2. q[uo]d. 186. art. 3. 4. C[on]s. & omnes illi qui sentiunt equites milites ordinis D. Iacobi, Alcantaræ, Calatravae, non esse vere, & propriè religiosos, quia perfectam paupertatem, castitatem & obedientiam non deuouunt, quos plenius refert Sanch. lib. 4. de voto cap. 16. n. 11. Et tradit Leffius lib. 2. de iustitia cap. 4. dub. 1. num. 7. in 2. edit. Layman lib. 4. Theolog. mot. it. 5. cap. 1. num. 5. Ratio est quia de ratione status religiosi est perfecta sui abnegatione Deo per charitatem inimicorum inherere at, ad hunc effectum obtinendum, necessaria est retium terrenarum, & voluntarum carnis, propterea voluntatis perfæctissima renunciatio, vi-  
pore quo charitatis obtinende maxima impedimenta sunt.  
Ergo.

4. Ceterum eti verum sit; perfectam paupertatem, castitatem, & obedientiam nec flariana esse ad statum religiosum; at non erat omnino modum esse necessarium. Ita in principio voto paupertatis est omnino indubitatum, non esse necessarium fieri de paupertate quad dominij abdicatione; sufficit si fiat quod illius solum, & administratione ut expedit definiuntur. Gregor. III. in sua bulla, quæ incipit *adcedente Domino*. Vbi eos qui post biennium probacionis in Societate levi vota Scholasticorum emituntur, declarati veros religiosi esse, & nihilominus bonorum suorum dominium retinere, quicunque renunciare iubantur. Negre obstat Textus cum ad monasterium in fine de statu monach. Vbi *Innocentius III.* inquit. Nec astimer Abbas, quod super habenda proprietate positis cum aliquo monacho dispensari; quia abdicatione propriae, & custodia castitatis adeo est annexa regula monachali, ut contra eam nec summus Ponitex possit licentiam indulgere. Ex quibus verbis videtur non solum vius, sed proprietatis abdicationem castitatem esse voto paupertatis religiosæ. Non inquam obstat, quia ibi proprietatis nomine non dominium rei, sed fons solum liberum, & exceptum illum intellexit innocent. ut explicante Valsquez 1.2. *diffus. 165.* cap. 6. à num. 50. & cap. 9. à num. 104. *Sanch. lib. 5. f. 200.* cap. 1. num. 17. *Basil.* Ponce lib. 7. de matrimon. r. 13. n. 10. Et constar manifeste ex ipsius textus principio. ubi caeuus quid facientum sit cum Monacho, qui proprietatem alienam quid deprehendat

deprehensus habere. At proprietas culpabilis, quæ in religioso deprehendi potest, est solus vñs, & administratio rei Praelato inuita, non dominum. Ergo.

Præterea neque est necessarium, ut votum paupertatis priter omni vñ, & administratione rei familiaris, suffici autem quod certis casibus priuat; eo enim ipso est votum de te ad perfectionem pertinente. Quapropter votum paupertatis, quod equites militares emittunt, est non priuat illis domino, & vii suorum honorum absoluere quia tantum in certis casibus illis bonis vñ non possunt nisi pro voluntate magistri, ea de causa est votum Evangelici confilij.

De voto castitatis major est difficultas; ait omnimoda castitas, & abstinentia à copula coningali sit de effensa status religiosi. Videlicet id esse omnino necessarium. Alias te Deo perfectè non conferas; siquidem voluntatis carnis inferius intendit, nec Deo perfectè viris, quippe in coniugio diuiditis ob studium illi placendi, teste Apollonius 1. Corinthi. 7. Neque denique consilia sequeris, sed præcepta tantum. Qui enim solam castitatem coniugalem, votum, non voulent aliquid, quod ad consilia pertinet, & consequenter quod pertinet ad perfectionem. Cæterum probabilitate non caret, votum castitatis coniugalium adiunctionum aliis duobus votis paupertatis, & obedientiae ad verum statum religiosum sufficeret. Nam etsi ex vñ sua non obligat ad aliquam castitatem sub confilio, obligat tamen ex regula, & instituto, cui seruando a iungitur; equites militares aliquibus diebus obligantur a coniuge abstineat ex vñ regulari, & conscientiis. Et hoc videtur sufficiens, ut votum castitatis coniugalis sit votum aliis perfectionis saltem indicatè, verumque statum religiosum continuat. Sic tenetur doceat omnes illi qui sentent equites militares veros religiosos esse, quos refer, & sequitur Thom. Sanch. lib. 4. de voto cap. 16. n. 11. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. cap. 4. à num. 9. Didac. Mora de his militibus lib. 2. c. 1. & 2. Nauar. lib. 3. consil. titul. de regulis voti confisi. com. in 2. editione.

Votum autem obedientiae clarum est non requiri ita latum, ut comprehendat quidquid bonum est, & perfectum, suffici si secundum constitutions, & regulas, quas tibi sequuntur proposueris.

5. Postio autem voti paupertatis, castitatis, & obedientiae ut dictum est requiri, teltat examinandum qualia debeant esse hac vota, an solemnia, an sufficiunt simplicia? Suffici semplicita est omnino certum, ita ut dubitatione non sit locus, eo quod Gregor. XIII. in dicta bullâ affcente Domino expressè definitiæ esse votos religiosos eos, qui post biennium probacionis in Societate Iesu vota simplicia castitatis, paupertatis, & obedientiae emituntur. Neque alienum est hoc institutum ab eo, quod tempore nascientis Ecclesie vigebat: cum eo tempore veri religiosi essent, nec tamen vota solemnia, sed simplicia emittebant, ut multis comprobare Basil. Legion. lib. 7. de matrimoni. c. 11. & multis sequentibus precipue c. 22.

6. Quod si reges in quo voti solemnitas consistat? Non est facile explicatu. Omisiss ergo vatis Doctorum placitis, quorum latissime meminere Gabrielem. Vsq. 1. 2. disp. 165. per totam, & Suar. tom. 3. de Relig. lib. 2. à cap. 4. & seqq. Basil. Legion. lib. 7. de matrim. à cap. 7. Censeo solemnitatem votorum consistere in eo, quod ex parte acceptantis relaxari, remittitque liberè non possit; & cum hoc iure Ecclesiæ inducuntur; reseruare enim Pontifex potest relaxandi religiorum professionem, qua reservatione cessante possent Praelati religiosi liberos dimittere; sic sane solemnitate voti iure Ecclesiastico inveniantur esse, ut habetur cap. unico de voto in 6. & in extrafrag. illa a dcente Gregor. XXII. Quod autem in nullo illo, quam in illa reservatione hæc solemnitas consistat probatur comparando vota solemnia cum simplicibus: vota enim simplicia paupertatis, & castitatis non definitiæ esse talia, etsi ab Ecclesiæ illis annectantur inhabilitas ad actus promissionis oppositos, ut manifestè constat in votis coadiutorum formatorum Societatis Iesu, quæ illos inhabiles redundant matrimonio contrahendo, & bonorum quorumlibet acquisitioni, & dominio, sed quia liberè à Praelatis Societas dimitti, & relaxari possunt, ea de causa solemnia non sunt, sed simplicia. Econtra vota paupertatis, & castitatis equerum militarium solemnia sunt, quia à Praelatis ordinum indispensabili; rametii matrimonium, & dominia retum permitunt. Consitit ergo legitima religiorum votorum solemnitates in hac reservatione. Solum obincere poteris vota, quæ professi Societas emitunt post professionem, videlicet de docendis pueris, de paupertate retinenda, de non ambienda dignitate, &c. Quæ sunt vota simplicia, & tamen non possunt à Praelatis religione relaxari. Ergo in hac impotencia non stat votorum solemnitas. Respondebis forse ea relaxari posse, si professus à religione eiiciatur, quod sufficit, ut non sint vota solemnia. Se concessio ut vere concedendum est, omnia illa vota relaxari non posse à Praelatis religiosis, dicendum est, id non prouenire ratione sibi, sed ob annexionem ad pro-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars III.

fectionis vota, quæ quia sunt insolubilia, etiam huiusmodi vota, vix potest accessoria solui non possunt.

7. Præterea ad statum rei ignotum requiri ex parte sufficiens essentialiter donatione, seu traditio sui in potestatem religiosi. Neque enim abfieri hac donatione, seu traditione religio haberet potestatem dominicatam in religiosos, neque status est firmus, & immutabilis. Quapropter in religioso statu duo adiunt contractus ex parte suscipiens; alter comparatione Dei, qui fit per vota, alter qui fit donatione, & traditione sui in potestatem religiosi; sicut enim quis liberè le potest prece accepto tradere in seruum quid mirum in seruum spiritualem se tradere possit religione gubernandum? Prouenit ergo illa potestas dominativa non à votis vicimque, sed à donatione sui votis emissis. Dices stare posse velle alteri donare, & vota castitatis, paupertatis, & obedientiae emittentes, abfieri quod vñ subiectus maneat; cum ea in religione approbata non emittat. Ergo ex sola donatione cum votorum emissione non queritur religioni dominativa in religiosum potest. Responde si natum est status religiosi institutionem à Christo Domino factam spectemus, solam donationem sui cum trium votorum emissione sufficientem esse ad verum religiosum efficiendum, verumque potestatem Praelato concedendum. Sed quia Ecclesia sicut & quelibet respublica politica suis subditis praescribere potest eas conditiones in donationibus, & promissionibus quibus deficientibus nullæ sint, statueritque donationem votorum emissione qualificatam alibi factam, quam in religione approbata nullam esse, nullamque accipienti iurisdictionem concedere; ea de causa non donatione, nec votorum emissione extra religionem approbata, iurisdictionem conferit, nec religiosum constituit. Quod exemplo matrimonij illatram potest, quod si natum est institutionem spectemus, solo contrahendum consensu perficiebatur: Sed quia Ecclesia potest ad huius contentus legitimatem plures conditions expostulare; ea de causa consensus contrahendum illis deficientibus nullus est, nullamque potestatem tradit: Sic pluribus firmar Basil. Legion. lib. 7. de matrim. c. 5. &c.

8. Ex supradicta conditione inseritur ad religiosum statum, si natum est eius institutionem spectemus nullam Pontificis approbationem requiri. Tum quia ante Innocent. III. plures fuerunt in Ecclesiæ religiones abfieri exprefsa Pontificis approbatione sola Episcoporum approbatione, vel illorum non repugnant, ut multis comprobant Basil. Legion. dict. lib. 7. de matrim. cap. 11. Tum quia Christus Dominus religionem instituit, sola donatione cum trium votorum emissione contentus fuit. Verum post Innocent. III. qui libi religionis approbationem referavit. cap. ne minia de Religionis dominis, cuius decretum renovavit Gregor. X. in cap. unico eodem ist. 1a 6. Nulla esse potest religio, quin à sede Apostolica approbetur. Nullaque donatione, nec votorum emissione, quæ verum religiosum continuat extra Pontificiam approbationem: Vnde Suar. tom. de Relig. lib. 2. cap. 15. & seqq. Lest. lib. 2. c. 43. dub. 1. n. 18. Vsq. disp. 169. Sanch. lib. 5. tum. cap. 1. num. 15.

9. Si vero de origine huius sanctissimi instituti loquamur, credo Christum Dominum non solum instituisse, sed exercuisse. Quid illum instituit, hoc est, praedicare, propofueritque secundum sensum, dubium esse potest; siquidem dixit: si vis perfecus essem, &c. Item qui vult, venire post me abneget semetipsum, &c. Quod autem exercitit, & executioni mandauerit in suis discipulis non leviter colligitur ex illis verbis Petri ad Christum dicens. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. In quibus verbis denotat Petrus nomine omnium se reliquisse omnia bona terrena vota paupertatis & votis vota castitatis, & secundo Christum obedientiam, & subiunctionem illi promisisse: si enim lequa Christi, & abnegatio omnium rerum votu aliquo firmata non esset, non est credendum Petrum, aliosque discipulos ita eam magnificare, ut dixerint Christo. Quid ergo eris nobis? Renunciatio enim, sequela Christi, quæ pro libito, & absque peccato terrastrari posset, non sic astimanda esset: Sic pluribus exhortant Suarez tom. 3. de Relig. lib. 3. c. 2. per totum. Basil. Legion. lib. 7. de matr. c. 2. & 3.

## P Y N C T U M . II.

Quotuplex sit status Religiosus.

## S V M M A R I V M .

1. Diuersa sunt religiones differentia non essentiali, sed accidentaliter.
2. Ex parte finis dividitur religio in actuam, contemplativam, & mixtam, & que ha sunt.
3. Ob varietatem mestorum diuersa religiones statuuntur, scilicet eundem finem habeant.